

I. N. D.
MAGNIFICI JURISCONSULTORUM
ORDINIS CONSENSU,

PRÆSIDE
DN. JOHANNE Amiseli/
J.U.D. & Electoral. Suprem. Borus.
Judiciorum Advocato,

Fautore & Praeceptore etatem devenerando

ILLUSTRIORES JURIS CON-
TROVERSIAS

Ante in privato DIGESTORUM Disputatorio Collegio

sub præludato

DN. PRÆSIDE

ventilatas

ulteriori

publicæ & placidæ

Eruditorum disquisitioni

in

ILLUSTRIS ACADEMIÆ REGIOMONTANÆ
AUDITORIO MAJORI

subjicio

HENRICH RADEMIN,

Hamburgensis.

D. XI. MAII. ANN. M DC LXXXVII.

REGIOMONTI, Typis REUSNERIANIS.



DEO,
PATRIÆ,
PATRONIS
ET
PARENTI
SACRUM.

ERINNERTHEM GEDENKSTUNDE
PHILIPPI ACADEMIE RELIGIONMONIALE
ADICIORES MAIORI
HENRICH RADEMIN
D. LX. MMLXVII. ANNO. 30. JULIA
REGIOMONTI Typis RIBESIENSIVIS



CUM DEO.

Thes. I.



- Quitas & Scriptura non sunt de essentia legis.
2. Lex concepta, sed nondum promulgata, nec scientes obligat.
 3. Actus contra legem gestus, licet juratus, est ipso jure nullus, nec minus sententia contra leges lata.
 4. Non omnes leges obligant in conscientia.
 5. Jus animalibus brutis impro priè tribuitur.
 6. Doctrinæ gratiâ distinctio juris gentium in primævum & secundævum toleratur.
 7. Distinctio Justitiae in Universalem & Particularem in jure Romano non habetur.
 8. Frustrâ agunt, qui nimium Justianæas definitiones, interque eas etiam Justitiae & Jurisprudentiae definitionem, impugnant.
 9. Tria juris præcepta, quibus jus Romanum inititur, pessimè inter leges abrogatas referuntur.
 10. Speciebus juris scripti Responsa Juris Consultorum annumeramus.
 11. Privilegia personalia ad hæredes non transeunt.
 12. Privilegia gratiola, non onerosa, revocare potest Princeps.

13. Gaudet Princeps jure aggrediandi in criminibus jure humanò punitis.
14. Neq; temporis diuturnitas, neq; actuum frequentia Jure Civili quoad consuetudinem est determinata, duo tamen eō jure non sufficiunt actus, nec præcisè judicales requiruntur.
15. Consuetudo irrationalis est in æternum impræscriptibilis, juxta illud: hundert Jahr Utrecht ist keine Stunde Recht.
16. In irrationalium censum ponunt DD. (1) remissionem poenæ, homicidæ, propter nuptias cum meretrice contractas, factam. (2) Arrestationem mortui debitoris. (3) Occupationem bonorum naufragorum (4) Rerum furtivarum non factam restitutio nem. (5) Exclusionem injuriati ab Opificio. (6) Saluti potationem ad haustus æquales. (7) Populi vindictam in Carnificem malè ferientem &c. &c.
17. Consuetudo est facti, quam non transformat Scriptura, nisi eō sine accedit.
18. Hodie proprii homines servis Romanis non possunt comparari.
19. Tres tantum sunt modi constituerendi Patriam Potestatem.

A

20. Jus

20. Jus distrahendi liberos matri &
 Avo concedimus.
 21. Arrogato impuberi & sine justa
 causa emancipato quarta omniū
 bonorum debetur.
 22. Unio prolium non tribuit Pa-
 triam Potestatem.
 23. Res incorporales constituunt ter-
 tiam bonorum speciem.
 24. Rebus mobilibus annumeratur
 pecunia ex re immobili redacta,
 aut ad comparationem rei immo-
 bilis destinata.
 25. Communis error jus non facit.
 26. Secundum acta & probata est
 procedendum in judicio.
 27. Vox Jurisdictionis merum Imperium
 hodie, sed non Romanō
 jure complectitur.
 28. Ecclesiastica Jurisdictionis Principi
 seculari competit, quia quisq; Prin-
 ceps in suo territorio est Pontifex.
 29. Jurisdictionis licet Patrimonialis
 adhuc videtur esse prorogabilis.
 30. Merum Imperium nec hodiè est
 delegabile.
 31. Studiosus Civem coram Oppi-
 dano Magistratu conveniens non
 potest coram eodem reconveniri.
 32. Nemo sibi vel suis jus dicere pot-
 est.
 33. An violenta in Jus raptio in Re-
 publ. Romana indiscriminatum
 fuerit permissa, dubitamus.
 34. Jus retorsionis est à Jure repres-
 salium distinctum, sed utrumque
 non est iniquum.
35. Qui satis dare cogitur, non au-
 ditur cum pignoribus.
 36. Messium feriae & non occupatis in
 messibus v. g. mercatoribus, Do-
 ctoribus &c. profunt.
 37. Pietatis & necessitatis actus fe-
 riis sacris peragi possunt : v. g.
 Emancipatio & Adoptio, Investi-
 gatio latronum, Appellatio, de-
 bitoris fugitivi Apprehensio, Se-
 questratio, Arrestatio, Tutorum
 constitutio, Inservitio testa-
 menti, Transactio &c.
 38. In casu l. 2. C. de Resc. Vend.
 rectè libellus offertur alternativus,
 sed non in actione hypothecaria.
 39. Nomen actionis in libello non
 est necessariò exprimendum.
 40. Post Litem contestatam Jure
 Romano potest mutari libellus.
 41. Pactum nudum adhuc hodie à
 stipulatione est distinctum, sed
 ejusdem est cum stipulatione ef-
 fectus.
 42. Substantialia contractus non
 possunt mutari.
 43. Inter ægrotum & Medicum
 pacta & contractus esse prohibita,
 ex legibus Romanis evidenter fa-
 tis colligere non licet.
 44. De viventis hæreditate pacisci
 non licet jure Civili, secus jure
 Canonicō & moribus.
 45. De controversiis ex testamento
 oriundis, non cognitō ejus tenore,
 non valet transactio, licet jurata,
 aut renunciatio facta.

46. De



46. De criminibus capitalibus, excepto adulterio, (non stupro, incestu) Sodomitico Crimine & homicidi transigi potest.
47. De criminibus non capitalibus non potest transigi, nec excipitur crimen falsi.
48. Ob transactionem cum parte laesae initam, in homicidio ordinaria non mitigatur poena, secus in furto.
49. Transactionis nomine soluta, ut ut indebita, non repetuntur.
50. Ob laesionem ultra dimidium Jure Romanò non rescinditur transactio.
51. In bona causa licet Advocato uti dolò bonò.
52. Advocato integrum debetur salario licet (1) succubuerit, aut (2) causa transactione sopita, nec minus debetur heredibus, si mortuus fuerit, nec solutum honorarium repeti potest.
53. Donatarii contra Donatores Advocati esse non prohibentur, nec contra eos postulantes donatione privantur.
54. Potest Advocatus ad Patrociniū præstandum invitus compelli, nec dubiae vel male causæ allegatio illum excusat.
55. Turpe factum dolosum, non culposum, infamat.
56. Neq; infamia facti neque juris laborant carnifices, lictores, spurii, bonis cedentes, vitiata aut
- lictoris filiam ducentes: levis nota maculâ tamen asperguntur.
57. Filii molitorum, pastorum ovium, Chirurgorum, legitimati liberi &c. levis nota maculâ non laborant.
58. Infames non repelluntur à testimoniī dictione, testamenti factione, & tutelæ munere, bene à dignitate obtentâ & obtainendâ.
59. Distinctionem Procuratoris in Procuratorem cum & sine liberâ talem, magis usu forensi receptam, quām jure Civilicognitam esse quidam docent.
60. Procuratores adhuc per L. C. sunt Domini, licet hodie in iudiciis instantiæ dominium in sententiis concipiendis negligatur.
61. Taciturnitas Procuratorem non constituit.
62. Factum Procuratoris, licet hic non solvendo, Domino nocet.
63. Universitas delinquit & punitur.
64. Negotiorum gestor præstat culpam levissimam, & repetit impendia, licet negotium eventu inspecto haut utiliter gestum.
65. Restitutionis in integrum beneficium est cessibile & transmissibile.
66. Ad exemplum minorum in integrū restituuntur Ecclesiæ & alia pia loca, nec non Respubl. Civitates & universitates.
67. Gestā metu non sunt ipsō jure nulla, exceptā dotis promissione,

- matummissione, matrimonio, non
 etiam juramento.
 68. Dolus contractui bonae fidei
 dans causam reddit eum ipsò jure
 nullum, non æquè stricti juris
 contractum.
 69. Juris Studioso, Doctori 25. annis
 minori & extra juris artem læso
 non est deneganda restitutio.
 70. Ex capite ignorantiae non datur
 restitutio v. g. si præscriptio im-
 pleta.
 71. Cessâ actione potentiori cedens
 excidit jure crediti, & cessionario
 actio denegatur, debitum tamen
 Fisco, ut aliqui volunt, non acqui-
 ritur.
 72. A Laudo Arbitri non appellatur,
 nec in ea Remedium *I. 2. C. de
 Resc. Vend.* locum inventit.
 73. Contestatio Litis juxta Practicos
 est vel affirmativa vel negativa.
 74. Locus delicti est tam ubi deli-
 citum inchoatum, quam ubi con-
 summatum.
 75. Peccatorum remissio non est ho-
 die necessitatis, sed humanitatis.
 76. Judex Domicilii reum propter
 delictum etiam alibi commissum
 punire potest.
 77. Cujuscunque conditionis reus
 in loco rei sita conveniri potest.
 78. Privilegium *I. un. C. quando
 Imp. interpup.* Virginibus po-
 tius tribuimus, quam Studiosis.
 79. Cæcus potest esse Judex, non tu-
- tor, nec testis in testamento, scri-
 pto aut nuncupativo.
 80. Præterito materna adhuc facit
 locum in officiosi querelæ.
 81. Dominium rerum hæreditaria-
 rum, non possessio, transit ipsò
 jure in hæredes, & ne quidem in
 suos transit possessio.
 82. Quinq; species juris in re cū com-
 muni DD. schola agnoscimus.
 83. Rei Vindicatio datur contra
 quemcumque possessorem, licet is
 b. fide in foro cum expressa pro-
 testatione rem furtivam emerit,
 nec cogitur Dominus eam vindic-
 cans premium refundere emptori.
 84. Publiciana actio iis casibus, qui-
 bus Dominium sine traditione
 transfertur, pariter competit.
 85. Locatio, etiam si ad longum tem-
 pus facta, jus in re aut utile Do-
 minium non transfert, & ab Em-
 phyeusi manet distincta.
 86. Servitudes urbanae solò non usu
 non amittuntur.
 87. Usu Bibliothecæ illiterato con-
 cesso potest ipse eandem aliis pro
 certa mercede locare.
 88. Venditâ hæreditate jus accre-
 scendi ad Emptorem non transit,
 sed penes hæredem manet.
 89. Cessione Extraneo factâ non
 extinguitur statim ususfructus.
 90. Quasi ususfructus & inter Vi-
 vos constitui potest.
 91. In Actione negotioria reus, non
 actor, probat.

92. Uſu-



92. Usufructuaria Cautio potest remitti, etiam in quasi usufructu.
 93. In præscriptione servitutis contra scientem non est opus titulū.
 94. Servitus oneris ferendi & sic dicta altius tollendi, sunt veræ servitutes.
 95. Quadrupedaria noxalis actio adhuc hodie intentari potest, liberabiturque Dominus animal noxa dando.
 96. Liberò homine occiso concurrit cum accusatione ex L. Cornelia utilis L. Aquilæ actio ad interesse consequendum.
 97. Deformatiatis & dolorum in jure Civili in condemnatione non habetur ratio.
 98. Culpam inhabitatoris v. g. igne in ædibus exorto allegans cogitur eam probare.
 99. Damnum quod lege permitente datum extra noxiā est, nec quod dormiens dedit L. Aquiliā vindicari potest, aliud dicendum, si ab ebrio datum damnum, licet, enormissimè fuerit ebrius, ita, ut, quid fecerit, ipse nesciverit.
 100. Contra hæredes actionē L. Aquila Jure Rom. non dari certū est, & an detur hodie, adhuc dubitant.
 101. Læsionem infra dimidium, aut ex accidenti supervenientem non rescindere divisionem quamplurimi tradunt.
 102. Evictio etiam præstatur divisione à testatore facta.
103. Modus dividendi, ut major dividat, eligat minor, non est Jure Romano cognitus.
 104. Pastum de perpetua servanda communione non valet.
 105. Mandatis Nobilis & mandatarius plebeius coram eodem Judice conveniri possant.
 106. Actio de servo corrupto est actio mixta, turpis, & adhuc hodie induplum competere putatur.
 107. Ad id, quod lusu perditum, pendunt actio non datur, si tamen solutum, cessat, ut volunt, hodie repetitio.
 108. Evictio in arte lusoria locum non habet: v. g. wann ein Spiesler seiner Güter eins zum Spiel oder ins Spiel verkauft / und dieselbigen Güter ansprüchig werden.
 109. Creditam pecuniam repetit hodie tertius, licet debitor islam ludendo perdidit.
 110. Aleatorum Receptator ob injuriam, damnum &c. tempore lusus illatum non habet actionem.
 111. Sponsones sunt licite etiam supra mortem hominis intra certum tempus morituri.
 112. Est valida sponsio, si unus dieat, Er wolle in einem Jahr keinen Rausch trinken / & alter neget.
 113. Ollæ fortunæ, germ. der Glücksdopf, major est abusus, quam usus.
 114. Remedium L. 2. C. de Rese Vend.

- in sponsionibus & olla fortunæ
non habet locum.
115. Nulla est sponsio captiosa.
116. Diviti fit injuria , si modicis
sumptibus, qui repeti non posunt,
sepieliantur.
117. Inepta defunctorum circa se-
pulturam voluntates citra relictæ
privationem licite spernuntur.
118. Sumptus funeris in concursu
præferuntur, sive facti in funus
ipsius debitoris, sive liberorum ,
aut uxoris.
119. Civitas æquè, ut privatus, ex
mutuo obligatur , modò ipsa
contraxerit.
120. Non est juramentum in obte-
stationibus , v. g. bey Adelichen
Ehren und Treuen/ so wahr ich
ein ehrlicher Mann. Ich wil
nichts wehrt / oder ein Schelm
seyn ic.
121. Jurare licet per intermedium
personam.
122. Juramentum admittit hanc ta-
citam conditionem : *rebus sic
stabilitibus*; v. g. qui Titiam du-
eturum juravit, eam ob subsequen-
tem fornicationem repudia-
re potest.
123. Juramentum judiciale ab actore
deferri potest , licet nihil ab eo
fuerit probatum.
124. Praesitio juramento voluntario
aut judiciali non datur locus ap-
pellationi, neq; retractationi pro-
pter instrumenta noviter reperta.
125. Parentes & Patroni juramentum
deferentes non jurant de calu-
mnia.
126. Jus jurandum in litem aliud est
affectionis, aliud veritatis.
127. Ob latam culpā in litem juratur.
128. In Empti actione in litem jurari
multi DD. desiderant.
129. In infinitum hic juratur & po-
test egredi æstimatio veræ æsti-
mationis duplum.
130. Merces data meretrici pro turpi
obsequio non potest repeti , bene
quod datum Virginī , ne fiat me-
retrix , aut scortetur.
131. Qui amico adhuc in cælibatu
viventi ex errore munus nuptiale
transmittit , illud indebiti condi-
tione non repetit.
132. Contra Successorem singularem
& rei indebitæ solutæ possessorem
non datur indebiti condicō.
133. Studiorum & dotis causâ inde-
bitæ solutum non repetitur v. g.
si filiæ supposititiae dos soluta.
134. Sciens indebitum & solvens ali-
quando gaudet repetitione , v. g.
solvens usuras indebitas scienter.
135. Condicō furtivâ in solidum
hæres conveniri potest , licet ex
furto nil ad eum, re casu perempta,
pervenerit , & fur strangulatus sit.
136. Fur consilium dans condicōne
hac non tenetur.
137. Illi, cui furtum est factum , non
competit in bonis furis hypotheca
tacita.

138 Cui



138. Cui res non est surrepta, licet post dominus factus, non datur furtiva conditio.
139. Actio de eo quod certo loco non potest ubique institui.
140. In alternativis rerum est electio debitoris, sed non in alternativis locorum, aut rerum & locorum simul.
141. Constitutum differt adhuc hodie à fidejussione, sed, dum propriae obligationi accedit, est effectus nullius.
142. Pluribus constituentibus divisionis & excussionis beneficium non denegamus.
143. Res incorporales possunt commodari, ut & fungibles.
144. Non nisi usu finitò, licet mortuus commodatarius, potest repeti res commoda.
145. Propter magnas impensas datur commodatario retentio, sed non depositario.
146. Pactum antichreticum, licet ad modum legitimarum usurarum non restrictum, nil iniquitatis præse fert.
147. Non idem enunciandum de patre commissorio pignori adjecto, quod ortini jure ac moribus improbatum, nec vinculò juramenti subsistit.
148. Pignus non liberatur, nisi totò debitò solutò, nec cogitur Creditor aliud pro alio, licet fortè pretiosius sit, quod offertur, accipere.
149. Sub praetextu rei alienæ non potest denegari restitutio rei oportiorata, aut commodata, vel deposita.
150. Creditor præstat culpam levem, non easum.
151. Exercitor tenetur ex contractu à Magistro navis substituti, exercitoris ignorantia & prohibitione non obstante.
152. Plures exercitores per Magistrum navim exercentes ex ejus contractu singuli in solidum tenentur.
153. Qui servandarum mercium gratia merces aliorum in mare projicit, nulla actione tenetur.
154. Jactus mercium in tempestate maris est resarcendus omnium contributione, iis non exceptis, qui res non onerantes navim in eadem habuerunt v. g. gemmas, annulos &c.
155. Levanda navis causa ejecta manent dominorum.
156. Negotiatione finitā non potest magis institor conveniri.
157. SCtō Macedonianō non gaudeat patria Potestate per dignitatem liberatus filius.
158. Actio de in rem verso habet locum, licet versum non duraverit.
159. Vellejano SCto mulier renuntiare potest, etiam extra judicium, & sine juramento.
160. Generis cum genere, quantitatis cum quantitate est compen-

far



- satio, non specie cum specie, neque specie ad quantitatem.
161. Compensatio habet à die concurrentia mutui debiti effectum solutionis.
162. Neque depositarius, neque sequester possidet.
163. Deponens pro lubitu repetere potest rem ad certum tempus depositam, sed depositarius eam non pro lubitu reddere valet.
164. Mandatario quoad excessum non datur actio.
165. In Criminalibus mandans & mandatarius, licet hic fines excederit, mortem pro vulneratione mandata inferendo, ad parem obligantur poenam.
166. In mandato levissima culpa praestatur.
167. Mandans non tenetur de damno mandatario negotium ex sequenti per casum fortuitum contingente.
168. Mandatarius, qui literas cambii acceptavit, presentanti solvere tenetur, licet ante solutionem mandans decoxerit, & solvendo esse desierit.
169. Societas universorum bonorum expressam conventionem juxta quorundam DD. sententiam requirit.
170. Socii inter se, quacunque contracta societate, gaudent beneficio competentiae.
171. A perfecta emtione non potest recedi cum arharum dispensatio.
172. Error in parte materiae, aut qualitate, emtionem non vitiat.
173. Venditori incumbit praeceps necessitas rem tradendi, nec interesse praestando, liberatur.
174. Venditor non cogitur dominium transferre in Emptorem, sed liberatur translata usucapiendi conditione.
175. Actionem injuriarum vendi posse quam plurimi DD. putant.
176. Emptori Remedium l. 2. C. de Resc. Vend. concedimus.
177. Conductor ante tempus non nunquam expelli potest.
178. Ob contingentem majorem, ubertatem pensio ab initio conventa non augetur.
179. Conductor praefat tantum levem culpam, non levissimam, multo minus casum.
180. Tributa & Collectas ædibus conductis aut prædiis indictas non conductor, sed locator fert.
181. Sub hypotheca generali omnium bonorum futura quoque bona, uti & venalis merces, comprehenduntur.
182. Invecta & illata in rusticum prædium, non sunt ipso jure tacito pignoris nexus obligata.
183. Subconductoris res in vectæ primo Locatori obligantur pro ea parte, quam conduxit.
184. Tacito pignore gaudet, non qui

- qui in exstrectione, sed qui in refractionem ædijum pecuniam credidit, non etiam is, qui ad agrum vel prædium emendum, vel navingam fabricandam credidit, jure gaudet hypothecæ.
185. Tacitum pignus est opus legis, non ergo tribuendum Curatori absens, Curatori ad item sponsæ &c.
186. Pignoris Possessor ratione hypothecæ specialis, an excussionis beneficio pariter gaudeat, multum inter Doctores disputatur.
187. Pignus, non obstante pacto, de non distrahendo potest vendi.
188. Pignus pignori datum iterum pignori dare licet.
189. Qui inter hypothecarios, non chirographarios, creditores est prior, is etiam est potior.
190. Creditor præstat in pignore levem culpam, nec pignoris intuitu perdit actionem.
191. Pignus constitutum in re per L. 2. C. de Resc. Vend. avocata non extinguitur.
192. Hypothecaria actio sine personali non quidem esse, bene durare potest.
193. De vitio visibili non tenetur vendor, licet rem laudaverit & commendaverit.
194. Evictio præstanda in E. & Veneracione, permutatione, rerum divisione, datione in solutum,
- non etiam in donatione remunctoria, multo minus in simplici.
195. Non facta ab emtore denunciatione, non tenetur vendor ad evictionem.
196. Usurarum usuræ non debentur, licet ante in formam redactæ.
197. Neque ultra alterum tantum currunt usuræ, licet diversis temporibus usuræ exactæ, & jam solutaæ.
198. In legatis & fideicommissis à tempore moræ debentur usuræ.
199. Affirmantis, non negantis est probatio.
200. Terminus probatorius est permanentius, sive à lege, sive à judice sit datus.
201. Doctor juris non potest confidere instrumentum, neque id vallet, quod à putativo Notario est consecutum.
202. Statuto induci potest, ut libris mercatorum plena habeatur fides.
203. Omissio Divinae invocationis non vitiat instrumentum.
204. Major fides testi majori, quam minori, Nobili, quam vili, masculo, quam foeminae, diviti, quam pauperi, honorato, quam infami tribuitur.
205. Injurato testi cujuscunque sit dignitatis & conditionis, v. g. si Clericus, & unico testi, non creditur.
206. Ignorantia facti excusat, sed juris non exauferat.

B

207. Pos-



207. Possunt contrahi sponsalia per
 Procuratorem, literas, signa.
 208. Inter turpes conditiones, quæ
 sponsalibus adjectæ pro non ad-
 iectis habentur, & hanc referunt
 DD. *Ducam te, si soror tua cæ-
 lebs manserit.*
 209. Bina sponsalia contrahere, est
 species Polygamiæ.
 210. Matris, Fratribus, Novercæ, Vi-
 trici, Curatorum & Tutorum
 consensus in nuptiis & sponsali-
 bus jure Romanò non requiri-
 tur.
 211. Matrimonium inter Judæum &
 Christianum contractum toler-
 rari potest.
 212. Ex adulterii & malitiosæ deser-
 tionis causâ solvitur matrimo-
 nium.
 213. Dotem tenetur constituere Pa-
 ter filiæfamilias, non emancipatae,
 filius matrem non cogitur do-
 tare.
 214. Quæ simpliciter ab uxore ma-
 rito sunt allata bona; illa non
 dotalia, sed paraphernalia esse in-
 telliguntur.
 215. Periculum rerum dotalium non
 est mariti, sed uxoris.
 216. In rebus propter nuptias dona-
 tis mulier habet hypothecam,
 non dominium.
 217. Paœta dotalia modò quinque,
 modò duos tantùm requirunt
 testes, modò unâ parte invitâ re-
 vocari possunt, modò non.
 218. Fundus ex pecunia dotali emtus
 non est dotalis, & hinc alienabilis.
 219. Fundus verè dotalis non potest
 alienari, muliere consentiente,
 nec firmat alienationem consen-
 sus post biennium repetitus.
 220. Donatio inter Virum & Uxo-
 rem est prohibita, valet tamen,
 si morte confirmata, licet res non
 tradita.
 221. Solutô per mortem Uxorij ma-
 trimoniô dotem profectitiâ po-
 test repetrere Pater, nec eam reti-
 net maritus propter natos liberos.
 222. Ex causa commissi ab Uxore
 adulterii cedit dos lucro mariti.
 223. Maritus & liberi mariti in repe-
 titione dotis gaudent competen-
 tiæ beneficio.
 224. Propter impensas utiles non
 datur marito rerum dotalium re-
 tentio.
 225. Actio rerum amotarum non
 est famosa, sed reipæsecutoria &
 catenus in hæredem datur, quate-
 nus ad eum quid pervenit.
 226. Onus alendi liberos statim à
 nativitatis tempore Patri incum-
 bit.
 227. Concubinatus est hodie prohi-
 bitus, non tamen matrimonium
 lege Salicâ contractum, die Ehe
 zur lincken Hand.
 228. Matris & avizæ legitima tutela
 etiam in feudis locum habet.
 229. Personis illustribus etiam non
 illustris persona rectè tutor datur.
 230. Tu-

230. Tutorem à Patre filio emanepato datum & confirmatum pro testamentario potius, quam dative habemus.
 231. Tutela testamentaria præfertur legitimæ, excipiunt pleriq; DD. tutelam Electoralem propter cap. 7. Aur. Bullæ.
 232. Pater non potest simplici prohitione in testamento matri adimere tutelam.
 233. Pupillus non obligatur natura-liter.
 234. Tutor ob latam culpam damnatus non est infamis.
 235. A nominatione ad tutelam non datur appellatio.
 236. Tutor, ob tutelam administrationem, non nisi in loco administrationis conveniri potest.
 237. Judicis decretum super alienatione immobilium pupillarium rerum (secus si super solutione) interpositum non excludit in integrum restitutionem.
 238. Non est absonum, filium esse Patris sui curatorem.
 239. Ex sola utilitatis causa bona minorum immobilia non possunt alienari.
 240. Pater legitimam tutelam per transitum ad secunda vota non amittit.
 241. Blandò sermone, precibus, donis, lachrymis licet testatorem invitare ad testandum.
 242. In testamento inter liberos legatum extraneæ personæ relatum non valet, nisi s. testibus adhibitis.
243. Tempore pestis conditum testamentum semper, & ubique valet.
 244. Plures in uno testamento testari possunt.
 245. Testamentum mutari potest, non obstante clausulâ de illo non revocando.
 246. Testamentum 7. testibus non adhibitis conditum, si unus forte tantum defecerit, est nullum, licet septenarii numeri copia haberi non potuerit, v. g. in itinere, via; &c.
 247. In re certa institutus capit totam hæreditatem, nec simplex prohibitio jus accrescendi excludit.
 248. Substitutus in casum voluntatis, censetur & substitutus in impotentia casum, & vice versa.
 249. Substitutio expresa pupillaris matrem ita excludit, ut legitimam petere non possit.
 250. Substitutio quasi pupillaris per reconvenientiam usque ad mortem testatoris non durantem non extinguitur.
 251. Quoad legitimam sub nulla conditione, adimplendō etiam facili, gravari potest filius.
 252. Hæres cum inventarii beneficio damnum casuale non sustinet.

253. Exceptio inventarii potest opponi post sententiam.
254. Testamenta sine omni teste valident, v. g. militis, Parentis inter liberos &c.
255. Morte testium non infirmatur scriptum testamentum, neque per solam resignationem, neque per solam verbalem declaracionem coram testibus factam.
256. Censetur tamen cancellatum, si induxerit testator per folium in modum crucis, licet adhuc verba legi possint.
257. Unō ex pluribus testamenti exemplis cancellatō, reliqua cancellata non censemur.
258. Codicilli testamento ante confirmati non videntur requirere quinque testes.
259. Clausula codicillaris in testamentis non subintelligitur, neq; omnem defectum supplet, v. g. si liberi præteriti, si s. non exhibiti testes &c.
260. Legatum Collegio aut Universitati relictum inter Collegas non distribuitur, sed toti Collegio acquiritur.
261. Legatum uxori relictum, etiam secundæ uxori, quam testator, priori mortuā post testamentum factum duxit, debetur.
262. Rei legatae, cuius commercium non habet legatarius, non debetur estimatio.
263. Rei propriæ legatum est inu-
- tile, licet legatarius eam virō testatore alienaverit.
264. Annuia legata unā præscriptio ne non tolluntur, sed ad quamlibet annum pensionem propria requiritur præscriptio.
265. Dos specificè prælegata debetur, licet nihil dotis causa datum.
266. Legatum dotis est conditio nale, & non transmittitur, nisi nuptiis secutis.
267. Alimentis legatis, sumptus studiorum non debentur.
268. Totus Mundus legari potest.
269. Nemo sibi citra falsi crimen iussu testatoris legata adscribere potest.
270. Titulus ff. de his quæ ut indigenis auferuntur, in Germaniā nec abrogatus, nec penitus in desuetudinem abiit.
271. Non deneganda detractio Falcidiae, ubi nulla expressa adest prohibitio.
272. Non confessō inventariō amittitur Falcidiana; an æquè Trebellianica quarta? dubitatur.
273. Mortuō legatariō ante diem cedentem, aut conditionis existentiam legatum non debetur, neque ad hæredem transmittitur.
274. Bonorum possessio aliquando adhuc hodie est utilis, aliquando necessaria.
275. Expressa prohibitio parentum excludit collationem.
276. Sumptus, sive à patre, sive à ma-



- matre suppeditati, studiorum, peregrinationis, ad dignitatem filii collati, & sumptus nuptiales non conferuntur.
277. Quod pro filii delicto exsolutum non effugit collationem.
278. Dos confertur tam data, quam promissa, tam profectitia, quam adventitia, nisi filia abstineat ab haereditate, dote contenta.
279. Absque distinctione bonorum succedunt Ascendentes.
280. Fratrum liberi soli non in stirpes, sed in capita succedunt.
281. Omnem differentiam inter suos & emancipatos esse sublatam non possumus assere.
282. Uxor & maritus succedunt, dative premortuo coniuge, & superstite inope.
283. Ultimô loco Fiscus, cui non omnia probata præferuntur collegia, cum onere occupat bona.
284. Nuntiatio novi operis in rem fit, non in personam; hinc fuijoso & infanti firmiter nuntiantur.
285. Nunciatio fabro vel opifici facta, eò momento quo facta est, dominum obligat.
286. In bonorum possessionem miseri ex tempore non habent prærogativam.
287. Si nauta vel auriga pro rebus vestigal non solvit, non res Domini, sed ejus equos, havim in commissum cadere, est æquius.
288. Res non profitet & vestigal non solvens, sed illud post offensum poenam commissi non evitat.
289. Donatio mortis causa cum clausula de non revocando facta juxta quorundam DD sententiam transit in donationem inter vivos.
290. Neque nudus titulus, neque nuda traditio, neque semper traditio cum titulo transfert dominium, exemplum est in re ex causa emit tradita.
291. Contra ædificantem ex materia aliena bona fide datur actio in duplum de tigno juncto.
292. Sicut pictura tabulæ, ita hodie & scriptura chartæ cedere videtur.
293. Commodatarius, depositarius, conductor non possident.
294. Translatio dominii requirit vacuam possessionem.
295. Regalia majora & minora possunt præscribi.
296. In præscriptione personalium actionum bonam fidem jure Canonico non requiri à quibusdam defenditur.
297. Usucapio tribuit verum & plenum dominium, non omnis longissimi temporis præscriptio.
298. Inter præscriptionem centenariam & immemorialem est maximum discriumen.
299. Sententia post decendum abit

- in rem iudicataim , nisi in matrimoniali causa contra matrimonium , aut in criminalibus contra reum lata.
300. Ex sola confessione nemo est ad mortem condemnandus.
301. Iudex causam in sententiā exprimere non tenetur.
302. Sententia ferri debet Judge non stante , sed pro tribunali ledente.
303. In criminalibus causis confessus non habetur pro judicato , sed est opus sententiā , licet notorium sit delictum.
304. Debitor , qui bonis cessit , obligatus permanet , tam civiliter , quam naturaliter.
305. Vicem interdictorum hodie subeunt mandata sine clausula , quae regulariter illicita existunt.
306. Lex 13. ff. quod met. caus. & Lex 7. C. unde vi hodie non cef- fant.
307. Precarium neque est donatio , neque contractus.
308. Exceptioni excussionis in Salviano interdicto , ut in Serviana actione , locum quidam DD. relinquent.
309. Quae adagendum sunt temporalia , illa ad excipendum sunt perpetua.
310. Non omnes exceptiones , quae reo principali prosunt & fidejussori prosunt.
311. Exceptio rei iudicatae in causa criminali opponi potest.
312. Alienatio litigiosarum rerum est ipso jure nulla.
313. Admittimus obligationes ex Lege immediatas.
314. In §. 28. J. de Action. exacta enarratio omnium actionum bona fidei continetur.
315. Hac clausula , alles getreulich und ohne Gesehrde / non efficit b. f. contractum.
316. Actiones reales prescribuntur , jure , unde oriuntur , exstincto.
317. Actiones prætoriae poenales sunt annales , actiones rei persecutoriae , civiles , & prætoriae , sunt perpetuae.
318. Accusationibus criminum spatio vicennii prescribitur.
319. Non omnis diversitas interrogacionis & responsionis vitiat stipulationem.
320. Duo rei promittendi beneficio divisionis gaudent , & sine speciali conventione tales fiunt.
321. In duriorum & graviorem causam & summam non obligatur fidejussor.
322. Ante solutionem non potest agere fidejussor adversus reum principalem.
323. Beneficio divisionis datur locus , licet fidejussores se insolidum , einer vor allen / und alle vor einen / obligarint.
324. Renunciatio generalis , Ich renunciire allen Rechtlichen Be- hülften und Welthäthen / non

- excludit fidejussorem à beneficio-
rum fidejussoribus indultorum.
exceptione.
325. Novatio, quæ sit per Litis C., di-
cta necessaria, non est propriè
talis.
326. Novatio animum novandi ex-
pressum requirit, an æquè delega-
tio? magis est controversum.
327. Nec particularis solutio obtru-
di, nec aliud pro alio potest solvi
invito creditori.
328. Solutioni vi & effectu æquipa-
ratur oblato, consignatio ac de-
positio quantitatis debitæ, & peri-
culum, non dominium transfert
in creditorem accipere recusan-
tem.
329. Mutatione monetæ facta, sive
quoad bonitatem extrinsecam,
sive intrinsecam, inspiciendum esse
tempus non solutionis, sed con-
tractus, à jure Romano non est
alienum.
330. Pactum liberatorium nudum
hodie idem operatur, quod lo-
lennis acceptilatio.
331. Distinctio furti in manifestum
& nec manifestum adhuc hodie
obtinet.
332. Nec hodie est prohibita ædium
perquisitio rerum furtivarum,
quærendarum causâ, germ. die
Haussuchung.
333. Ex furto domestico ad ordina-
riam hodie agitur poenam.
334. Ubi animus deest injurandi, non
- est injuria, licet suâ naturâ aliquid
injuriousum dictum, vel factum
sit.
335. V. g. si de crimine accusatus
contra testem, tanquam infamem,
contra Judicem, tanquam suspe-
ctum excipiat.
336. Per illatam injuriam fama in-
juriati non lœditur, vel adimitur.
337. Uxori datur injuriarum actio,
quando quis maritum vocavit
cornutum, einen Hahnrey.
338. Non omnis injuriarum actio
annô expirat, non recantato-
ria &c. à quâ nonnulli eximunt
Clericos.
339. Actio recantatoria etiam ante
litem contestatam datur injuriati
hæredibus.
340. Vere ebrius injuriarum non te-
netur.
341. Cum actione ad palinodiam
non solum æstimatoria, sed etiam
criminalis conjungi potest.
342. Retorsio actionem injuriarum
æstimatoriam & recantatoriam
tollit, non vero criminalem.
343. Cessat injuriarum actio, insti-
tuto ex L. Diffamari, C. de in-
gen. manum. processu.
344. Accusatio ex crimine stelliona-
tur non infamat.
345. Omnia collegia sunt illicita,
nisi permissa.
346. In populari actione poena agen-
tibus non semper applicatur.
347. Accusatio morte extinguitur
de-

347. delinquentis & accusatoris, nec minus temporis lapsu.
348. Carcer non poenæ, sed custodiaræ causa jure Romano fuit habitus.
349. Poenam civilem non tollit Baptismus.
350. In Augustam non committitur crimen perduellionis, neque ab Orthodoxo in Pontificem, quæ talem.
351. Adulterium & reliqua crimina carnalia quinquenniò præscribuntur.
352. Homicidium (non parricidium) 20. annorum præscriptione tolli, quidam volunt, reumque ab omni poena tam ordinaria quam extra-ordinaria liberari usque adeò, ut nec inquirere in eum Judex possit.
353. Est species latrocini, maritum occidere, quod quis viduæ occisi jungi possit.
354. Parricidium propriè committitur inter liberos & parentes, etiā incestuosos, & adulterinos, sed non adoptivos.
355. Crimina attentata, homicidia, parricidia, adulteria &c. ordinariam poenam hodie post se non trahunt, nisi consumata.
356. Tortura, legitimis indiciis existentibus adhiberi, potest.
357. In cadavera Reorum in reatu morientiū adverti potest & solet.
358. In conventionalibus, non in cau- sis penalibus habet fiscus tacitum pignus.
359. Res plena occupatae in bello & ab aliis redemptæ sine pretio refuso non possunt auferri.
360. Ad militem subeundam pos- sunt cives cogi inviti.
361. In determinando originis domi- cilio non fortuitus nativitatis locus, sed domicilium Patris est spectandum.
362. Judæi, Spurii &c. non infames, possunt fieri Decuriones.
363. Ad omne publicum munus etiam sordidum, v.g. Carnificis, potest aliquis compelli subeun- dum invitus.
364. Clerici, Professores, Doctores, milites, Senatores quinque liberos habentes à personalibus excusan- tur muneribus, priores etiam à realibus.
365. Legatus est inviolabilis.
366. Mercatores, propter debitum vel ante vel in ipsis nundinis con- tractum, non possunt conveniri in nundinis.
367. Qui possessiones tenent, & fru- ctus percipiunt, illis indicuntur solvenda tributa.
368. Omnis definitio in jure pericu- losa, parum enim est, ut subverti non possit.

F I N I S.



Sit Tibi, sit Patri, Patriæque, Tuisque salutis,
Me, quod juris opus, Præside, rursus agis;
Non paucas, vilesque theses nunc sitis arenæ,
Sed juris totum, quod bene doctus, opus:
Quicquid justitiae sanctissima templa * recludunt,
Hoc præsens, brevibus, charta legenda refert.
His ausis, RADEMINE, novis nunc pectore totò
Gratulor, utque fluant prospera cuncta, precor.

*Brevibus hisce Nobiliss. & Doctiss. Dn. Respond.
de secundo Eruditionis specimine laudabi-
liter iterum edito animitus gratulatur*

JOH. Amsel / D. PRÆSES.

* L. i. §. 5. C. de Vet. jur. encl. ubi Digesta
proprium & sanctissimum justitiae Tem-
plum vocantur.

Dum genii studiique Tui cupis edere signa
Splendida, mi RADEMIN publica verba facis.
Sic est, non aliò petitur sudore corolla
Quam quem contiguus protulit, ecce, labor.
Nobile laudis opus tentas, sic multa paratur
Doctrina, ad culmen sic aperitur iter.
Perge ita ceu statuis, duro non cede labori,
Vota secundabunt fata benigna Tua.
Et Tibi surget honos, surget Patriæque Tuisque
Conferet & Phœbus, præmia larga brevi.
Gratulor huic studio, faxit Supremus Jova
Finis ut auspicio convenienter eat.

*Hac brevia Amico sincero non moris,
sed amoris ergo apposuit*

M. M. WERNER, R. P. S. Th. St.

Dum rursus documenta, RADEMINE,
Dilectissime de meis Amicis,
Offers ingenii Tui sagacis:

C

Ae

Ac juris thesium labore scriptas
Multò PRÆSIDE sub VIRO Celebri,
Alterā vice Disputationi
Sistis centurias tot elegantes;
Indicas operam Tuis dicasse
Debitam studiis. Proinde, teste
Phœbō, promeritam diu coronam
Vindicas, dabit hanc Apollo certō.
Nam nou immemor est tui laboris
Impensi, TIBI laureum brabeum
Spondet, Patria nec negabit alma
Præmiis decorare TE superbis.
Velle plura referre grandiora
Ast occasio temporis negavit.
Hoc ergo capies poëma cursum,
Sed votō calidissimō repletum:
Cælum perpetuas solum salumq;
Donet lætitias, amœna donet.
Egressus voveo sit usque felix,
Progressus, pariter regressus usque
Sit felix Patriæ, PATRI, Propinquis.

Paucis his Nobilissimo Dn. Respondenti, Amico suo
Honoratissimo de iterato egregio Eruditionis
solidæ specimine veloci calamō congratulari
voluit, debuit

JACOBUS Höpner / Regiom. Pr.

Nuper in Autumno celebris documenta laboris
Ingenii dotes exposuere Tui,
Nunc iterum lætus rigidæ post frigora brumæ
Vere novō Themidis pulpita docta subis.
Si parit eximios fructus industria Vere,
Quos non Autumni tempora grata dabunt?
Vernet honos, Nomenque Tuum, Tua gloria flore
Perpetuo vireat, SVAVIS AMICE, precor!
Brevi metro, sed prolixiori affectu applaudie

PETRUS SCHWENNER, LL. Stud.

os (o) 90



I. N. D.
MAGNIFICI JURISCONSULTORUM
ORDINIS CONSENSU,
PRÆSIDE
DN. JOHANNE Amselfl/
J.U.D. & Electoral. Suprem. Borus.
Judiciorum Advocato,
Fautore & Preceptor etatēm devenerandō
ILLUSTRIORES JURIS CON-
TROVERSIAS
Ante in privato DIGESTORUM Disputatorio Collegio
sub pralaudato
DN. PRÆSIDE
ventilatas
ulteriori
publicæ & placide
Eruditorum disquisitioni
in
ILLISTRIS ACADEMIÆ REGIOMONTANÆ
AUDITORIO MAJORI
subjicio
HENRICH RADEMIN,
Hamburgensis.
D. XI. MAI. ANN. M DC LXXXVI.
REGIOMONTI, Typis REUSNERIANIS.

